Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1180
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



plenis mesurari. ut scias quantum clari olei ibi fuit
¶ Et sili. de quinque dimidiis facias. Deinde spissum ole=
um de quinque conellis plenis facias mesurari. et sili.
de quinque dimidiis. Et si tantum spissi olei inuenitur in di=
midiis conellis quantum in plenis scias oleum fuisse fu=
ratum. et si in dimidiis conellis talis pars spissitudi=
nis inuenit qualem oleum clarum existens ibi exigit
scias non fuisse furatum. Iusticia hoc audiens confirma=
uit iudicium. Factumque est ita. Et hoc modo iuuenis sensu
philosophi euasit. finitis placitis iuuenis philosopho grates red=
didit. Tunc philosophus. Nunquam ne audisti illud philosophi. Non
emas domum antequam cognoscas uicinum. Ad hoc iuue=
nis primum domum habuimus quam iuxta nos hospitaretur.
¶ Cui philosophus. primum uendas domum. quam maneas iuxta
malum uicinum. Discipulus. tale iudicium apparet esse
philosophi. et hoc ex gratia dei et merito tali nomine uocatus
est auxilium miserorum. Item discipulus. Et si iam audi=
ta in mea mente sedeant. ad audiendum plura ani=
mum incitauit. Magister. Libenter tibi dicam. et sic in=
cepit. Dictum fuit de quodam diuite in ciuitate eun=
te. quod sacculum mille talentis plenum deferret secum
et insuper aureum serpentem. oculos habentem iacinc=
tinos. in sacculo eodem. quod totum simul amisit. Sed
quidam pauper iter faciens illud inuenit. deditque uxo=
ri. et qualiter inuenisset retulit. Mulier hec audiens

De uero qui amisit pecuniam cum sacculo